



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

22 Episcopi habent jus visitandi confraternitates laicorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

nu. 19. C. de Episc. & cler. Abb. in d. c. officij. 23. dist. cap. 8. & cap. 9. eadem sess. 22. exequi. in fin. de testa. & in cons. 31. num. 1. vers. ter. rō induco. vol. I. Fed. de Sen. cons. 129. Calc. cons. 21. & Covar. in d. c. officij nu. 12. Contrariam verò opinionem, quod hæc quarta Episcopo debeatur, tenent in eod. c. officij. Anchar. & Barbat. num. 7. Petr. de Perul. late in tract. de quar. canon. 14. qu. principali, & post diligentem disputationem eandem opinionem sequitur Barb. cons. 1. nu. 2. vol. 4. quam communem esse testatur, & sequitur Covar. eod. num. 12. cui non ob-

stant in contrarium adducta, quia cessat nunc primum, & præcipuum fundamentum, Abb. quod confraternitates sint loca, & personæ exemptæ à jurisdictione Episcopi, cum fiat illius jurisdictioni subiectæ, ut per conc. Trid. c. 1. de refor. sess. 22. & novissimè per constit. Clem. VIII. sub die 7. Decembris 1604. editam. Nam admittitur, quod sint puri laici, & foro seculari subiecti, ut singuli, sed Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ ¶ delegati habent jus visitandi easdem confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocunque alio nomine vocant, non tamen, quæ sub immediata regum protectione sunt, sine eorum licentia, etiam, si eorum cura ad laicos pertineat, atque eadem confraternitates exemptionis privilegio sint munitæ, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo juxta factorum canonum statuta cognoscere, & exequi debeat, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili privilegio, aut statuto, conc. Trid. c. 8. sess. 22. de refor. & debet Episcopus confraternitatibus visitationem imponere, & exactionem rationum, juxta

Si verò ¶ confraternitates excipiant de privilegijs, aut de aliqua alia re, propter quam visitari se non posse prætendant ab Ordinario, tunc earum allegationes in facto, & in jure ad sacram congregationem sunt transmittendæ, & interim est superferendum, ut fuit ab eadem sacra congregatione decisum, ut in decis. sub tit. Ruben. & alia sub titulo Mediolanen. super eod. cap. 9.

Administratores autem ¶ tam ecclesiastici quam laici, fabricæ cujusvis ecclesiæ etiam cathedralis, hospitalis, & confraternitatum, & hujusmodi piorum locorum singulis annis Ordinario rationem reddere tenentur, consuetudinibus, & privilegijs quibuscunque in contrarium sublatis, nisi secus in institutione, & ordinatione talis ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset: & si ex consuetudine, vel privilegio, aut constitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum illis, & Ordinarius debet adhiberi, & aliter factæ liberationes administratoribus minimè suffragantur, concil. Trident. cap. 9. ead. sess. 22. & administratores locorum piorum etiam exemptorum nemini alias rationem reddentes, Episcopo eam reddere debent, & si alijs reddere consueverunt, cum illis est etiam principaliter Episcopus adhibendus, congreg. conc. super eodem cap. 9. sub titul. Mediolanen. Cremonen.

Idem, cum ex dispositione concilij hodie confraternitates subsint Episcopis ratione oneris ¶ Episcopalis, debent legata pro quarta Episcopis communicare, Abb. in eod. cons. 31. vers. nec obstat unum. Cessat etiam secundum fundamentum,